

simili Imperatoris, vel una juris emendati promulgatione lae-  
 dem adisti, sustinere n. mentem. Is enim Imperatoriam  
 Majestatem non armis solum decoratam, sed et legibus armis  
 esse oportere, ut utrumque & bellorum et pacis tempore, recte  
 gubernari possit, in limine statim destinati operis pronunciat.  
 quis jam circa celebre hoc Imperatoris effatum dubius et  
 anceps haberet? Ecce enim marca & mutila, Optimo Optimi  
 Principis Panegyrista Plinio auctore, Imperantium laus est:  
 si qui bello forsitan enituerit, sed in pace obsolescat; si qui ali-  
 um Regem non verò arma longissent; si qui reverentiam terrarum  
 non item amorem humanitate captet; si qui alius in publi-  
 cam gloriam domi, domi vero quæsitam, in publico  
 perdat. Dependet, dependet omnino à copula pacis & belli  
 integra Republicæ felicitas: quæ illud omnium Scriptorum  
 Romanorum numeratissimi, Salustii omni oraculo, sive Del-  
 phicæ, sive Ammonium, s. Dodonaum fuerit, certius sit: quod tunc,  
 Regum ac Imperatorum animi virtus in pace ita, ut in bello  
 æqualiter, æqualiter ac constantius sese res humana habitare  
 possent, neq; & nos aliud aliud ferri, neq; mutari ac miserari omnia  
 ferri cernerem. Indulgebimus hoc, ab auctore eodem profectum  
 præcipue quidem hominibus, ut vel pace vel bello claros fieri possent.  
 Sed utriusque rei combinatio sumis in Principibus adeo est  
 necessaria; ut jam olim ab Homero, omnium è profanis libro,  
 conditoribus vetustissimo, Agamemnon Mycenarum Rex,  
 utrimque & Rector bonus & bonus Imperator,  
 utrimque velut Optimi Principis idea fuerit commendatus.  
 licet utrumque et armorum et pacis studium, per se indigens est,  
 sed alterum alterius auxilio viget ac perficitur. Verum quid  
 opus est ista fusius confirmare: quum apud vos extra dubita-  
 tionis aleam posita sint, atq; in hac ipsa disceptatione utrobique  
 agnoscantur? De pretio tantum ac eminentia sagi Regis  
 in divitiis à vobis, Suffragatores, itum est, altero quidem hanc  
 altero illud præferente, quolibet verò vestrum aliunde senten-  
 tia sua robur conciliare seculo annitente. Et tu prior qui  
 Suffragatorum videri vis disertis verbis ostendisse: quod  
 bella perpetua sit, quum bella tantum sint temporaria. Vide  
 ostendisse, quod pax ad divina quæ se extendat, quum  
 bella tantum adversus hostes prosint. Videri vis  
 ostendisse, quod pax ad salutem tendat: quæ bella ad interitum  
 tendant. Projecisti longam commemorationem bellorum mala, et qua